



eiusdem Tribbechovii verba, quae eodem quinto capite habentur: *Franciscus de Mara Franciscanus, Parisiensis Doctor, edidit librum anno 1288. quem Reprehensorium Thomae inscripsit. Egregie Guillelmo de la Mare pro tua auctoritate nomen indit Francisci: itemque Professorem & Doctorem Oxoniensem creat Parisiensium Doctorem: ac opus, quod Auctor inscripserat Correcorium Fratris Thomae, inscriptum profert Reprehensorium: atque demum nobiles vindices plures, qui Lamarum castigarunt, silentio praeterit omnes.*

Ironia sequitur, qua eodem in capite textum quemdam Aquinatis excipit, ac sugillat. Quam egregie (inquiens) & acute Thomas Scholasticorum antesignanus distinguit. II. Sent. dist. ix. num. 14. inter *Cherubim, Cherubin, & Cherub.* Indicatum Aquinatis locum assero ex Q. 1. art. 4. ad 7. 4. Dicendum, quod nomina ista desinentia in *in*, ut *Cherubin, Seraphin*, sunt neutri generis, pluralis numeri: & ponuntur pro toto collegio unius Ordinis. Desinentia autem in *im* (*Cherubim, Seraphim*) sunt masculini generis, & pluralis numeri: & ponuntur pro pluribus personis unius Ordinis. Sed *Cherub, & Seraph* sunt masculini generis, & singularis numeri: & significant unam personam illius ordinis. Animadvertendum est, rem aliter legi in Commentario in caput vi. Isaiae vers. 2. Item notatur, quod *Seraphim* scriptum per *m*, pluralis est, & neutri generis: & significat totum agmen illius ordinis. Sed *Seraphin* singularis numeri est, & masculini generis: & significat unum tantum de ordine illo. Locum istum corruptum puto, corrigendumque juxta priorem. Vulgatam aeo illo hanc fuisse regulam grammaticalem, satis indicat Albertus Magnus, qui eadem nona distinctione Lib. II. Sent. art. 5. ad 5. sic habet: „Dicendum, quod in *N* terminata illa (*Seraphin, Cherubin*) neutri generis sunt, & significant integrum agmen unius ordinis: & ideo pluralis sunt numeri. In *M* autem terminata sunt pluralis numeri, & masculina: & significant plures personas de agmine illo. Sed *Seraph, & Cherub* dicitur singularis aliqua persona de agmine. Unde versus: *Hae Seraphin, dic hi Seraphim, dic hic Seraph illum.* Insigne ejusdem latinitatis, quae obtinebat aeo medio, aut infimo, testimonium perhibet Joannes de Janua, ejusdem aevi Scriptor, in Catholico: „*Cherub*, inquit, (*Cherubis, Cherubi*) *Cherubim, cherubem, cherub, cherube*: & pluraliter *Cherubim* per omnes casus, masculini generis per *m* scripum. Item *Cherub* indeclinabiliter in singulari, & in plurali pro eodem. Item hic *Cherubim* indeclinabiliter masculini generis, & scriptum per *m* tantum in singulari numero: & significat unumquemque Angelorum de illo ordine. Et tunc debet dici, *Sancte Cherubim ora pro nobis.* Item pluraliter haec *Cherubin*, & indeclinabiliter, & neutri generis, & tantum in plurali scribitur per *n*: & significat illum ordinem Angelorum. Et tunc debet dici: *Sancta Cherubin orate pro nobis.* Et secundum primam declinationem potest dici: *Sancti Cherubim orate pro nobis.* Haec ignorasse videtur omnia irritor Tribbechovius. Haud me latet, ab Erasmo acerbe sugillari ac rideri Joannis nostri latinitatem: at cordari quique Viri animadvertant cum Doctissimo Echaro, ejusdem *Vocabularium esse non tam primae, sed mediae, & infimae latinitatis: quod & suo, & nostro saeculo apprime necessarium.*

Hujusce tamen grammaticalis regulae rationem sumi nullam posse fateor ex lingua hebraea, quae Isaiae capite vi. hanc unam vocem habet *Seraphim*: & Ezechielis capite x. *Cherubim*, itemque *Cherub*. Ad genus quod attinet ac terminationem, libentius egisse constat Graecos Interpretes. Annotat Hieronymus in Epistola ad Damasum Papam de *Seraphim* num. 17. *Septuaginta, Aquilam, & Theodotionem Seraphim neutro generis transfuisse, Symmacum masculina*: habentque Dictionaria latina, *Seraphim, & Cherubim* pluralis esse numeri, ac generis tam masculini, quam neutri. In Hexaplis Origenis apud Montfauconium, & in Codice Alexandrino, & in Polyglottis Waltoni, voces illae utroque modo per *M*, & per *N* desinentes occurrunt, nimirum *seraphim* vel *seraphim*, & *cherubim* vel *cherubim*, ac *seraphin*, & *cherubin*. Hinc ergo ansa fortasse data, ut latini aetatis mediae vel infimae Grammatici regulam statuerent, de qua agimus.

Hanc itaque vocum illarum distinctionem quoad genus, diversamque terminationem, neque Thomas, neque ejus aetatis Theologi, veluti quidpiam egregium, & acutum excogitarunt. Vulgata apud Grammaticos latinitate usi sunt, ut majoris claritatis gratia *Seraphim, & Cherubim* ordines, ac plures ex eodem ordine, ac unum denique & singularem, triplici voce appellarent. Neque tamen eidem regulae, ac latinitati semper haesit Aquinas, qui I. P. quaest. cv. 1. art. 5. supremos duos Angelorum ordines vocat *ordines Seraphim, & Cherubim*, non *Seraphin, & Cherubin*. Hinc immerito Aquinatem irridet Tribbechovius, merito ipse irridendus.

# INDEX

## DISTINCTIONUM, ET PARTITIONUM QUARTI LIBRI Sententiarum Magistri Petri Lombardi, hoc in volumine contentarum.

### DISTINCTIO XXIII.

De sacramento unctionis extremae.  
De quibus sit institutum hoc sacramentum.  
De iteratione hujus sacramenti.

De consensu qui efficit conjugium.  
Quod solus consensus facit matrimonium.  
Quando incipiat esse conjugium.  
Secundum quosdam non est conjugium ante carnalem copulam; sed sponsi, & sponsae sunt.

### DISTINCTIO XXIV.

De ordinibus ecclesiasticis.  
Quales assumendi sunt ad clerum.  
De Ostiariis.  
De Lectoribus.  
De Exorcistis.  
De Acolytis.  
De Subdiaconis.  
De Diaconis.  
De Presbyteris.  
Quid sit quod hic dicitur ordo.  
De nominibus dignitatis, vel officii.  
De quadripartito ordine Episcoporum.

Quod conjugatus, vel conjugata nequeant continentiam profiteri sine alterius consensu.  
Responsio ad praedicta cum determinatione superiorum.  
Quomodo accipiatur sponsa in supradictis capitulis.  
Quod aliter accipitur in his, ac aliis capitulis sponsa.  
Quare non statim tradantur sponsae.  
Quae sponsa sit vidua, mortuo sponso, & quae non.  
Qui alterius sponsam eo mortuo ducit, ad sacros ordines accedere potest.

### DISTINCTIO XXVIII.

Si consensus de futuro cum juramento faciat conjugium.  
De qua re sit consensus ille: an de carnali copula, an de cohabitatione.

### DISTINCTIO XXV.

De ordinatis ab haereticis.  
De simonia, unde dicatur, & quid sit.  
De his qui a simoniaco scienter ordinantur.  
De his qui dicunt se emere corporalia, non spiritalia.  
Distinctio simoniacorum.  
De aetate ordinandorum.

### DISTINCTIO XXIX.

Coactio excludit consensum conjugalem.

### DISTINCTIO XXX.

De errore qui evacuat consensum.  
De conjugio Mariae & Joseph.  
Quod perfectum inter eos fuit conjugium.  
De causa finali conjugii.  
Quod malus finis non contaminat sacramentum.

### DISTINCTIO XXVI.

De sacramento conjugii, cujus institutio, & causa ostenditur.  
De duplici institutione conjugii.  
Quando secundum praecipuum, quando secundum indulgentiam contractum sit conjugium.  
Quibus modis accipatur indulgentia.  
Quod nuptiae sunt bonae.  
Cuius rei sacramentum sit conjugium.  
Qualiter intelligendum sit illud: *Mulier illa non pertinet ad matrimonium cum qua non est conjunctio in sexuum.*

### DISTINCTIO XXXI.

De tribus bonis conjugii.  
De duplici separatione.  
De his qui procurant venena sterilitatis.  
Quando sunt homicidae qui procurant abortum.  
De excusatione coitus.  
Indulgentia Apostoli quomodo sit accipienda.

### DISTINCTIO XXVII.

Quae sint consideranda in conjugio.  
Quid sit conjugium.

### DISTINCTIO XXXII.

De solutione carnalis debiti.